DICTIONARIUM
LATINO-HUNGARICUM,

uccum & medullam purioris Latinitatis, ejúsq; genuinam in Lingvam Hungaricam conversionem, ad mentem & sensum proprium Scriptorum Classicorum, exhibens:

Indefesso XV. *Annorum labore, subcisivis, ab ordinariis negotiis, temporibus collectum, & in hoc Corpus coactum*

à

FRANCISCO PARIZ PÁPAI,
Medicinæ Doctore, Ejusdémq; Facultatis, in Celeberrima Academia Basileensi, Assessore; & in Illustri Collegio Nagy-Enyediensi Professore Publico.

A.M.N. MUZEUM KÖNYVTÁRÁBÓL



LEUTSCHOVIÆ,
Apud Hæredes SAMUELIS BREWER,
Annô M DCC VIII.

JOSEPHUS SCALIGER:

Si quem dura manet ſententia judicis olim
Damnatum ærumnis ſuppliciisq; caput:
LEXICA conſcribat; nam cætera quid moror? omnes
Pœnarum facies hic labor unus habet.

JOHANNIS TSÉTSI

Illustris Scholæ Sáros-Patak: Rect: in eaq;
SS. Theologiæ & Philosophiæ
Professoris

OBSERVATIONES ORTHOGRAPHICO-GRAMMATICÆ,

De recta HUNGARICÈ Scribendi
& Loquendi ratione,

Post Obitum Auctoris Editæ
à
JOHANNE TSÉTSI Fil.

PRÆFATIUNCULA
CLARISSIMI DOMINI AUCTORIS.

VOlens præposteræ Vocum HUNGARICARUM *Scriptioni, Lectioni & Constructioni quadantenùs mederi, placuit has Observationes, post amplam aliorum Messem, quasi Spicilegium, in gratiam eorum, qui mihi operam dant, exhibere.*

OBSER-

OBSERVATIONES ORTHOGRAPH: GRAMMATICÆ
De rectâ HUNGARICE scribendi & loquendi ratione.

I. LINGVA HUNGARICA cum nullâ Europæâ habet Cognationem, magnam ex Asianis cum Hebræa.

1. Quatuor Lingvæ Originales, seu Cardinales celebrantur in Europa: *Græca*, *Latina*, *Sclavonica*, *Germanica*. His omnes Lingvæ Europææ debent originem, nullam cum his Affinitatem Hungaricâ habente.
2. Omnes Europæi ejusdem Lingvæ Cardinalis se invicem loquentes intelligunt, utut forsàn difficultèr.
3. Nec tàm facilè hæc addiscitur, ut reliquæ Europææ, nisi vel ab Infantili ætate hanc quis imbibat, aut jam adultus, arte & sedulitate suâ excolat. Undè
   a. Rari ex adultâ ætate eam discentibus sunt, qui eam accuratè calleant. Et
   b. Egressum finibus suis nativum Hungarum, oportet esse mutum, paritèr ex aliis in fines Hungariæ ingressum.

   Multæ quidem voces Europæorum apud Hungaros inveniuntur; at eæ sunt mutuatæ tantùm à Vicinis, inter quos habitant, non Originariæ. Hoc etiam aliis Nationibus propter Vicinitatem contingente.
4. Eam magnam habere cognationem cum Hebræa Viri Eruditi testantur, adductis multis ejusdem rei indiciis: partim ex Vocibus eandem significationem utrobiq; habentibus: partim ex Affixis, Nominibus, Verbis, Præpositionibus addi solitis: partim ex aliis.

II. Hungari, posthabitis suis, jàm à multis seculis, quibus in Scythia, undè olim egressi sunt, utebantur Literis, loco earum utuntur Latinis; sicut multæ aliæ in Europa Nationes.

1. Hungari ut id facerent, contigisse arbitror ex Christianismo Pontificio à se suscepto, in detestationem Gentilitiæ, cui erant addicti, Religionis; aliàs impulisse variam rerum suarum mutationem, & coactivam sui sub jugum Romanorum missionem, qui ut Leges & Mandata Victis dabant, ità omnia Lingvâ Latinâ & Literis edita volebant.
2. Traditio non incerta est, Hungaros in Scythia propriis Literis fuisse usos, progrediendo inter scribendum à Dextera versùs sinistram, more Hebræorum & aliorum Orientalium. Harum Literarum vestigia etiamnum, ut aliqui perhibent, apud Székelios Transylvanienses supereresse extrà dubium est, licet iis uti paucis datum sit.

III. Hinc Literæ Latinæ simpliciter, nisi combinatim sumptæ, omnes non sufficiunt sono Hungaricarum, si eæ essent in usu, exprimendo. Unde

1. Multò plures sunt, quoad expressionem, Literæ Hungaricæ Literis Latinis.
2. Sunt aliquot inter Literas Latinas, quibus Hungari facilè carere possunt, & debent, ut ex subjectâ hâc Tabellâ patet:

Fig.		Pot.	Fig.		Pot.
A.	*a.*	a.	*B.*	*b.*	be.
D.	*d.*	de.	*E.*	*e.*	e.
F.	*f.*	ef.	*G.*	*g.*	ge.
Gy.	*gy.*	gye.	*H.*	*h.*	ha.
I.	*i.*	i.	*K.*	*k.*	ka.
L.	*l.*	el.	*LY.*	*ly.*	ely.
M.	*m.*	em.	*N.*	*n.*	en.
NY.	*ny.*	eny.	*O.*	*o.*	o.

P. p.

P.	*p.*	pe.	*R.*	*r.*	er.
S. *ſ.*	*s.*	es.	*SZ.*	*ſz.*	eſz.
T.	*t.*	te.	*TY.*	*ty.*	tye.
Ts.	*ts.*	tse.	*TZ.*	*tz.*	tze.
U.	*u.*	u.	*J.*	*j.*	je.
Z.	*z.*	ze.	*'Z.*	*'z.*	'ze.
V.	*v.*	ve.			

Hæ pariter ac Latinæ ſunt

1. Majuſculæ & Minuſculæ, non ſono, ſeu poteſtate, ſed figurâ ab invicem diſtinctæ.
2. Quinque ex his Vocales: *A, a, E, e, I, i, O, o, U, u.* Reliquæ Viginti quatuor Conſonantes.

Vocales Duplices.

1. Breves. *Ă, ă, Ĕ, ĕ, Ĭ, ĭ, Ŏ, ŏ, Ŭ, ŭ.*
2. Longæ: *Á, á, É, é, Í, í, Ó, ó, Ú, ú,* prolatione ſolùm, non figurâ differentes. Vocales Longæ à Brevibus apiculô, ſeu Accentu ſupernè poſitô diſtingvuntur: Nè eadem Vocalis ſcribendo duplicetur, id fit; tantundem enim eſt *á, é, ó,* &c. ac *aa, ee, oo,* &c. Sicut apud aliquas Nationes Literis Latinorum uſas, ut Gall. Belg. &c. in comperto eſt. Hinc

Vitioſè ſcribitur *Páál, Tóót, &c.* nàm eſt in his concurſus implicitè quatuor Vocalium: verùm *Paal, Toot,* aut *Pál, Tót* eſſet ſcribendum.

Fiunt ex Vocalibus Diphthongi Duæ, ut: *Ő, Ű.*

1. Diphthongus *Ő*, ex *e, o*: *Ű*, ex *e, u* conſtat. Hinc
2. Corruptè pingitur ſic: *Ö*, *Ü*; aut *Ö*, *Ü*; aut *eö*, *eü*; ſed ſic: *Ő*, *Ű*. Undè enim quid componitur, in idem reſolvendum eſt. Hoc videre eſt in Majusculis *Ő*, *Ű*, typis impreſſis. Licet in minuſculis obſervari hoc plerumq; nequeat, ob minores characteres.

Ut Vocales, ità Diphthongi inter ſe accentu dividuntur in *Longas Ő, Ű*, & *Breves Ő, Ű.*

Perperàm, magno cum damno rei Literariæ Hungaricæ, hodiè accentus ſupra *Ő, Ű*, negligitur, ab innumeris quantumvis Eruditis, tàm in Manuſcriptis, quàm in Typis editis. Incuria hujus parit confuſionem Vocum: Quæ enim eſt Differentia inter *tör*, frangit, & *tör*, laqueus, abſq; accentu? at eſt: nàm hoc *tőr*, iſtud *tör* ſcribitur.

Pariter ac neglectus accentûs ſupra Vocales parit confuſionem earundem, ſimul & vocum, ut: *Hal*, Piſcis. *Hál*, Pernoctat. *Éles*, Acutus. *El-és*, Cadit. *Élés*, Victus. Cmerentur. Ruditatem eorum arguit, qui hæc ſusq; deq; habent. Quæ tamen magnam accurationem

Plures his duabus Diphthongi non dantur, niſi quis Vocales Longas velit eſſe tales, ob earundem geminationem.

Hinc *ay, ey, oy, uy*, non eſſe Diphthongos patet. Vitioſè igitur ſcribitur: *Nyáy, feytem, boytos, ſuytom;* cùm debeat ſcribi, *nyáj, fejtem, &c.* Nedum Diphthongum faceret *y* cum Vocalibus, verùm nec inter literas numeranda eſt, ut inferiùs patebit.

Sic de Literis in communi: Jàm de quibusdam uſitatioribus quoad expreſſionem ſoni, & accuratam in Derivatis ſcriptionem. Quod certis Regulis diſtinetur.

REGULA I.

Quibus Literis Latinis ſonus Hungaricarum commodiùs exprimi poteſt, eæ debent adhiberi. Hinc

1. Diphthongi Latinæ *æ, œ*, per *e*, exprimendæ ſunt, ut: *Prebenda, preda, penitentzia, &.* à Præbenda, pœnitentia, &c.
2. *C, Q, X, Y*, non comparent in Alphabeto Hungarico.

C, c, eſt Litera merè Latina, quæ diversâ accedente Vocali mutat ſonum ſuum, ut: *Ca, ce, ci, co, cu.* Locô *c*, ſcribenda eſt *tz*, ſonum cum omnibus Vocalibus retinens, ut: *tza, tze, tzi, tzo, tzu, tzö, tzü.*

Syllabæ *ca, co, cu*, exprimuntur per *K*, ſicut Hebræi, Syri, Græci, ſcribentes voces Latinas *C* habentes, utuntur Latini vice versâ *K* eorum exprimunt per *C*. *K* enim non eſt Litera Latina.

Q q, debet resolvi in *Kv.* ut *Kvártus*, Rom. 16: 23. *Kvártély*, *Kviétántzia*, *q* enim est purè Latina. Hinc nulla syllaba incipit à *q*, vel desinit in *q* apud Hungaros, nec in *Kv.* Hebræi, Syri, Græci, *q* reddunt per *K*.

X, x, Latinorum & Græcorum debet pingi per *ks*, ut: *Artakserkses*, *Feliks*. Act. 23. *Alekſander*. Marc. 15: 20. Syrus Interpres has duas reddidit per *ks*: illam Hebræus Scriptor *Artachſaſta*. Esd. 4: 7. Nehem. 2: 1.

Ex *Aleksander* apud Hungaros supereſt vox *Sándor*, & non *Xándor*.

Y, y. 1. In Vocibus Peregrinis jàm usu Hungaricis scribenda est per *i*, ut: *Tirus*, *Siria*, *Mirtus*, *Mirha*. *&c.* ex Tyrus, Syria, &c. Sic *Babilónia*. 2. Nulla est vox Hungarica incipiens ab *y*, vel desinens in eam. 3. Non est adhibenda, nisi juxtà quatuor Literas *g, l, n, t*, ad emolliendum earum duritatem, ut: *gy, ly, ny, ty*, quæ junctæ cum *y*, singulæ simplices Literas efficerent, si Hungaricæ essent in usu, ut: *gyalázat*, *nyavalya*, *atya*. 4. Nec habent locum, nisi in simplicibus vocibus. Hinc vitiosè scribitur, *akarattya*, voluntas ejus. *Királlya*, Rex ejus &c. Sunt enim hæ Compositæ voces, ut patebit inferiùs. 5. Juxtà *g, l, n, t*, notatur *y* etiam sic: *g'*, *l'*, *n'*, *t'*. Hinc quoq; colligitur, non esse eam Literam Hungaricam.

3. *G, g*, duriùs sonat, nec addenda est ei *h*, ut: *megh*, *hamiſságh*, *Ghazda*, *&c.* *g* enim & *h*, duæ literæ sunt, non simplex.

4. *I, i*, est Vocalis incipiens, promovens & finiens syllabam.

Non est confundenda

1. Cum *j*, ut: *jrok*, *bjró*, *vennj*.
2. Cum *y*, ut: *Várady*.
3. Cùm *ij*, præsertim in Majusculis, ut: PALANKÍ, &c.

Et vice versâ

1. *I*, non est scribenda loco *j*, ut: *Iárok*, ambulo. *Iámbor*, probus &c.
2. Nec *j*, ponenda pro *y*, ut: *vagj* & *hogj*, quod perperàm fit: *j* enim Consona est, nec adhibetur *y*, nisi juxtà Literas jàm suprà dictas.
3. *Y* etiam malè scribitur pro *i*: nec benè notatur supernè duobus punctis *ÿ*, hoc enim est *i*, & *j*.

5. *K*. Peregrinæ habentes *ch*, exprimendæ sunt per K, ut: *Kérubimok*, *Kriſtus*, *Káldeusok*, *&c.* Imò Hebræorum כ ך Græcorum X, efferendum est per *K*.

6. *Ph, th, rh*, non sunt apud Hungaros simplices Consonæ, verùm binæ, ad diversas vocales pertinentes.

Id Exempla ostendunt: *Paphoz*, ad Pastorem. *Néphez*, ad Populum. *Nátha*, catharrus. *Szabadíthat*, liberare potest. *Emberhez*, ad hominem. *Turha*, phlegma. &c.

Ph. Hinc in Peregrinis loco *ph*, ponenda est *f*, ut: *Filoſofia*, *Éfésus*, *Páfus*, *&c.* non *Philoſophia*, *Paphus*, &c. hanc enim purè Hungarus legeret *Pap-hus*, Caro Sacerdotis. *Act.* 13: 6.

Et sic Literæ *ph* & *f*, essent promiscuæ in vocibus merè Hungaricis; *ph* deberet enunciari per *f*, ut: *Paphoz* legeretur *Pafoz*. *Néphez*, *néfez*. quod absurdum esse omnis videt.

Th. th exprimenda est per *t*, ut: *Máté*, Matthæus. *Tamás*, Thomas, &c. Non satis accuratè additur igitur *h*, ipsi *t*, in vocibus purè Hungaricis, ut: *Thúri*, *Thasnádi*, *Thállyai*, *Pathai*, *&c.*

NB. Voces apud Latinos habentes *ch*, *ph*, *th*, *rh*, *y*, omnes sunt peregrinæ. Undè malè scribitur *Sepulchrum*, *Prophanus*, *Author*, *Syncerus*, voces enim hæ sunt origine Latinæ.

Rh. Per nudum *r* scribendum est *rh*, ut: *Ródus Ejget*, *Tirrénum tengere*, ex Rhodus, &c.

7. *Ts* accuratiùs exprimitur per *ts*, quàm per *cs*, idem ferè imitantibus etiam Belgis, in *Witsius*, *Luyts*, *&c.* *cs* vix densum illum sonum exprimit, nam *c* est vicarium K.

Observatio. Olim Hungari (ut & hodiè in Nominibus propriis *Chúti*, *Chanádi*, *&c.* imitati hic Gallos) loco *ts*, usi sunt *ch*, ut: *chak*, tantùm. *chalán*, urtica. *choda*, miraculum &c. At meò judiciò vitiosè: Cur enim in Latinis *ch*, non valet *ts*? vel si *ts*, per *ch*, exprimendum esset; *charus* legeretur *tsarus*, *tsaritas*, &c.

8. *Tz*.

8. *Tz* rectiùs ſcribitur per *tz*, quàm per *cz*, propter rationes jàm ſuperiùs poſitas, ut: *tzérna*, *tzél* &c. quàm *czérna*, *czél*, &c.

9. *U*, *u* Vocalis non eſt confundenda cum *v* conſonâ. Hinc malè ſcribitur: *Vram*, Domine. *Ualaki*, pro *valaki*, aliquis.

10. *'Z*, 'z eſt litera diſtincta ab *S* & *Z*, ut ut cum *S* confundatur ubiq;. Debet tamen diſtingvi, ob vitandam confuſionem Vocum, vitiosâ ſcriptione facilè contingentem. Eadem literâ ſcribitur vulgò *feb*, vulnus, *feb*, loculus; *ſir*, flet, *ſir*, adeps; at litera debet utcunque accommodari pronunciationi. Scribendum itaq; eſt *Seb*, Vulnus. *'Zeb*, Loculus. *Sir*, Flet. *'Zir*, Adeps. Sic: *'Zidó*, *'Zobrák*, *'Zák*, *'Zujta*, *'Zadány*, &c.

In omnibus Libris Hungaricis, præter opera *Petri Pázmán* Cardinalis q. & Archi-Epiſcopi Strigonienſis, & Biblia Hungarica *Georgii Káldi* Jeſuitæ, non habita eſt ratio hujus *'Z*.

Aliqui ſic etiam expreſſerunt *'S*, ut: *'Sák*, Saccus: at propiùs accedit ad *z*, quàm ad *s*. Hæc Litera eſt inventitia, ob defectum Latinarum.

REGULA II.

Literæ combinatæ pro Simplicibus ſumendæ ſunt in collectione & pronunciatione earum.

Sunt autem eæ ſeptem:

gy, *ly*, *ny*, *ty*, *ts*, *tz*, *ſ*.

1. Geminantur eæ propter inſufficientiam Latinarum, ad exprimendum utcunq; ſonum Hungaricarum, ſi ſuâ figurâ ſcriberentur.

2. Non benè ſeparantur in Collectione ab invicem Literæ iſtæ, ſic: *g*, *y*, vel *ſ*, *z*, ut ſit apud Mulierculas & Idiotas docentes Scripturam & Lecturam Hungaricam. Cùm ſi pronunciando ſunt ſingulæ Literæ, cur non debeant eſſe tales colligendo?

NB. Sunt præter Literas in Alphabeto numeratas duæ Conſonæ *ds* & *dz*, ut in Vocibus *Handsár*, Pugio. *Dsida*, Jaculum. *Dsigom*. (Hæ duæ poſteriores Turcicæ) *Madzag*, Funiculus. *Ódzeni*, Fundere. *Kérődzik*, Ruminat. *Bodza-fa*, Sambucus. *ds* eſſe Conſonam Hungaricam colligi vix poteſt, nàm nulla eſt vox, in qua reperiatur: in *Handsár* poteſt dividi in *d* & *s*: in *dz*, *d* in *z*, aut *t*, poteſt mutari, ut: *Mazzag*. *Ótzeni*. hinc *Ótvös*, Fuſor, quaſi *Ontvös*. *Kérötzik*.

Sic de Literis quoad expreſſionem ſoni. Jàm de accuratâ Vocum Simplicium, Derivatarum & Compoſitarum ſcriptione deinceps.

1. *De Vocibus Simplicibus.*

REGULA I.

Voces Originariæ apud Hungaros maximam partem ſunt Monoſyllabicæ.

Patet hoc vel ſaltèm in Nominibus membrorum humani corporis, ut: *Fö*, *Fül*, *Száj*, *Fog*, *Kéz*, *Láb*, *Térd*, *Szív*, &c. Sic: *Ég*, *Föld*, *Nap*, *Hód*, *Viz*, *Tüz*, *Hó*, *Köd*, *Hal*. &c. Et Verba: *árt*, *tart*, *üt*, &c. Sic in *tanít*, literæ originariæ ſeu radicales ſunt *tan*, hinc *tanáts*.

REGULA II.

Omnis Vox Hungarica à Simplici Conſona incipit.

Hinc: Vox apud Hungaros duas in initio habens Conſonas eſt peregrina, ut: *Prédikátor*, *Trombita*, *Prókátor*, *Stráſa*, *Tréfa*, *Spék*, &c.

Talibus vocibus uſi Hungari, Vocales aliquas ſolent Conſonæ Priori vel præponere, ut: *Oskola* vel *Iskola*, Schola. *Iſtván*, Stephanus. *Iſtálló*, Stabulum. *Aſtal*, Menſa. à *ſtöl* Sclavonico. Sic: *Kereſztyén*, *Kereſztség*, *Kereſztelni*, à Chriſtianus, Chriſtianitas, Chriſtianizare.

Vel poſtponere, ut: *Ferentz*, Franciſcus. *Goromba*. *Görög*, Græcus. *Palánt*, Planta. *Szalonna*, Lardum. à *Szalanina*, &c.

Obſerv. Vox *Egy* Unus, taliter ſcribi debet, non *Edgy*, patet ex Derivatis *Egyetemben*, unà. *Egyedül*, unicè. *Egyébütt*, unibi.

REGULA III.

Particula *az*, Vocibus à Vocali incipientibus præpoſita, retinet *z*; at Conſonantibus, amittit eam per aphæreſin, & notatur ſic: *a'*.

Exem-

Exemplum ad prius: Homo, *az Ember*. Deus, *az ISTEN*. &c. ad posterius: Terra, *a' Föld*. Mare, *a' Tenger*. &c.

Hoc accidit *az* & *ez*, cùm sunt Pronomina Demonstrativa, præsertim *ez*, hic, ut: hæc terra, *e' föld*. &c.

In Compositis etiam, ut: *ámaz, imez*: *amaz ember*, ille homo: *imez edény*, istud vas: *ama' példa*, illud exemplum, &c.

Observatio. Particula *Az* vel *a'*, malè præponitur Nominibus Propriis, ut: *a' Dávid*, *a' Pál*, &c. nisi fuerint in Regimine, ut: *A' Dávid Fija*, &c. sed Appellativis benè. Sic Hebræi ך suum Demonstrativum Appellativis, non Propriis præponunt.

REGULA IV.

Particula *És*, Et, per Aphæresin pingitur *'s*.

Exemplum: *Égen 's földön lakó teremtett állatok*, Cælum & terram inhabitantes Creaturæ.

Vitiosè itaq; scribitur *s-*, vel *s'*, eò quòd non à posteriori, sed à priori parte tollitur *é*.

REGULA V.

In Vocibus Apocopis paritèr adhibetur Apostrophus ', ac apud Latinos.

Ut: *URam kiáltásom' hallđ-meg!* Domine mi clamorem meum exaudi &c.

Hoc obtinet apud Hungaros, maximè in Orationibus Rhythmicis.

II. *De Vocibus Derivatis.*

REGULA I.

Derivata suorum Primitivorum Literas retinere debent. Hinc

Pronunciationi non est accommodanda scriptio. Ut: *Romlottság*, Fragilitas. *Vétettség*, Perversitas. *Igazság*, Justitia. *Ravaßság*, Astutia. *Egéßség*, Integritas, &c. (*Száz-ßor*.

Sic in Adverbiis Derivatis: *Egy-ßer*, *Két-ßer*, *Hét-ßer*, *Nyóltz-ßor*, *Tiz-ßer*, *Más-ßor*,

REGULA II.

Verba in Prima Persona singularis Numeri Indicativi Præsentis habentia *gy*, retinent in sequentibus.

Ut: *Vagytok*, *vagynak*, Estis, sunt, à *vagyok*, sum.

Ità: *Hánytok*, *hánynak*, *hányni* ab *hányok*, projicio. *Hegyzem*, acuo, ab *hegy*. *Jegyzés*, *jegyzeni*, à *jegy*, signum. *Hagytam* ab *hagyok*, relinquo.

REGULA III.

Nomina Comparativi Gradûs à Positivo formantur additô *b*, vel *bb*.

Si desinat vox in consonam, additur *b*, ut: *Tudósb*. Si in Vocalem *bb*, ut: *Jó*, *jobb*. Interseritur Consonæ & *b*, *a* vel *e*, undè duplicatur *bb*, ut: *Tudósabb*, Doctior. Hoc patet in Accus. sing. & Casibus Pluralis Numeri.

REGULA IV.

Nomina Derivata à Verbis, debent scriptione distingvi ab iisdem.

Ut: *Eredet*, Origo: *eredett*, ortus est. *Szeretet*, amor: *szeretett*, amavit. *Kezdet*, initium, vel principium: *kezdett*, incepit.

Illa per *t*, hæc per *tt*, scribenda sunt.

At Nomina orta à Participiis Passivis, retinent *tt*, ut: *mentt ember*, excusatus homo. Sic orta à Neutris Verbis, ut: *meg-esett személy*, persona quæ cecidit, &c.

REGULA V.

Derivata à Patriis *j* habentibus, retinent illud.

Ut: *Tokaji* à *Tokaj*, *Halmaji*, *Gyulaji*, *Pataji*, *Geleji*, non *Tokai*, *Halmai* &c. ità enim Primitivum esset *Toka*, *Halma* &c. Sic: *Vaji*, *Baji*, *Fáji*, *Zaji* &c.

REGULA VI.

Adverbia Qualitatis scribuntur per *an*, aut *en*.

Ut: *szorosan*, strictè: *erősen*, fortiter: non *erőssen*. Patet hoc ex *szépen* &c. *Sűrűen*, densè: *keményen*, duriter &c.

REGULA VII.

Voces Monosyllabicæ in Vocales desinentes, propter Euphoniam, si crescant in fine, ob concursum duarum Vocalium, ő recipiunt.

Ut: A *fó*, fit *favat*: *tó*, *tavat*: *tő*, *tővek*: ab *hi*, vocat, fit *hívok*, *hívunk* &c.
Sic: *fövök*, *növök* &c. at non sequente Consonâ, ut: *hílak*, voco te: *hítok*, vocatis: *hínak*, vocant. Sic: *lónak*, equo: *lótól*, ab equo &c.
Hinc Adjectiva *Bő*, *Ó*, pingenda sunt, non *Bőv*, *Ov*: undè *Bőséges*, *Ság*, non *bővséges*, *óvság*; at *bőven*, *bővebb*: *ovas* vel *avas*, vetustus: *avult*, inveteratum.

REGULA VIII.

Vix exiſtimem vocem aliquam in *v purum* desinere, at multas in *impurum v*.
Ut: *Enyv*, *Könyv*, *Ölyv*, *Örv*, *Nyelv*, *Kedv*, *Nedv*, humor.
Nec *Szív*, Cor, & *Hív*, fidelis, deberet scribi, undè *szives*, *hivek*; verùm aut *ſi*, *hi*, aut *ſü* & *hü*: hinc *hüséges*, *hüség*, & non *hivséges*, vel *szivnek* &c.
Nec *hivság* vanitas, oritur ex *hív*, sed ex *hiú*. Hinc *hijában-valóság*, ſicut ex *Fiú*, fit *Fiúság*, & *Fijában*, in filio ejus.

REGULA IX.

Fons Derivationis in Verbis Analogis apud Hungaros eſt Tertia ſingularis Indicativi Præſentis.
Ut: à *szeret* amat, fit *szeretek*, *szeretünk*, *szerettem*, *szeretném*, *szerettetem*, amor Paſſivum. Sic *jöſz* à *jö*, venit: *nőnek*, creſcunt, à *nő*, creſcit &c.
Anomala desinentia in *szek*, *szem*, *szom* in Derivatis variant.
Ut: ab *Ejtek* vel *ejtem*, edo, *iſzom*, bibo, fit *ettem*, *ittam*, *egyél*, *igyál*, *enni*, *inni*.
Huc refer *vagyok*, ſum: *valék*, *vólt*, *lenni*, hæc ſignificativè à *vagyok* oriuntur, & non Etymologicè.
Obſerv. Tertia ſingularis Indicativi Verborum Monoſyllaborum non debet accentuari, ut: *ád*, dat: *vét*, ſerit, à *vetek*: *nyér*, lucratur, à *nyerek* &c. cùm accentum non retineant indè deducta, ut: *adok*, *adás* &c. *nyereség*, *nyerekedem*, *nyerni*, &c.

REGULA X.

Verbis Secundæ Singularis Indicativi Præſentis curatè additur *ſz*.
Ut: *Tudſz*, ſcis: *szeretſz*, amas: *mutatſz*, oſtendis: non *tuttz*, *szerettz* vitiosè.
Hâc Cautione additâ:
Verba Desinentia in *it*, & in duas Conſonas, ipſi *ſz* præponunt *a* vel *e*, ut: *tanítaſz*, doces: *rontaſz*, frangis: *mondaſz*, dicis: *kérdeſz*, interrogas.

REGULA XI.

Verba Secundæ Singularis Modi Imperativi, desinentia in *d*, duplicant eam.
Ut: *monda*, dic, à *mond*: *kérdd*, interroga: *fedd-meg*, increpa &c.
Hæc ſcribuntur per Syncopen: pro *mondjad*, *kérdjed*, &c.

REGULA XII.

Imperativi Secundæ Singularis, cum Nominibus vel Pronominibus tertiæ Perſonæ conſtructi, cum *d* ſcribi debent.
Ut: *Tartsd-meg az embert*, *tartsd-meg őtet*, *téritsd hozzád őket* &c.
Nota. 1. Simpliciter exprimuntur, cùm ad ſecundam Perſonam, ut: *Plántálj fölöt*, aut tertiam indeterminatè: *Plántálj valamit*; ſed *d* accipiunt, cùm referuntur ad tertias perſonas, ut: *Plántáld a' fölöt*, aut determinatè, ut: *Plántáld őket*.
2. Verba intenſiorem & directiorem Actionem ſignificantia ſcribuntur ità, non item aliam, ut: *Tarts valamit*, *tarts-meg minket*, &c.

REGULA XIII.

Imperativus derivatur à ſuo fonte, adjectâ *j*.
Ut: à *Kér*, fit *kérj*: à *mond*, *mondj*: à *vetteg*, *vettegj* &c.
Excipe: Desinentia in *s*, quæ mutant *j* in *s*, ut: ab *olvas*, fit *olvass*.
Desinentia in *at*, *et*, *ut*, *t* mutant in *s*, & *j* in *s*, ut: *mutat*, hinc *mutass*, *keress* &c.
Desinentia in *it*, *j* mutant in *s*, manente *t*, ut: à *tanít*, fit *tanits* &c.
Sic Desinentia in *t*, præcedente conſona, *j* mutant in *s*, ut: *ronts*, à *ront*.
Sic in *z*, mutant eam in *zz*, ut: *irgalmazz*, ab *irgalmaz*.
Desinentia in *ſt*, *t* mutant in *ſ*, ut: ab *olvaſt*, liquefacit, fit *olvaſſ*, liquefac: à *maraſt*, fit *maraſſ*, detine &c.

REGU-

REGULA XIV.

Verborum Indicativi & Subjunctivi Terminationibus in *a, am, ad, em, ed, e, uk, ük, átok, étek*, non *gy*, aut *ly*, aut *ny*, aut *ty*, ſed *j* debet præponi.

Ut: *mondja, ſkenteljük, vigaſztaljuk, kivánjátok, tartják*, &c. non *mondgya, ſkentellyük* &c.

Vitioſam iſtam Scriptionem invexit ſola pronunciatio talium Verborum, accommodatam eidem.

Nec alii, qui eam defendunt, adhibent alibi Literas iſtas combinatas, niſi in Verbis Deſinentibus in *d, l, n, t, gy, ly, ny*: ità, ut poſt *d, gy*: poſt *l, ly*: poſt *n, ny*: poſt *t, ty*: poſt *gy, gy*: poſt *ly, ly*: poſt *ny, ny* ſcribant. At nec hæc accuratè, ut: *hagygyon, folyyon*; ſed ſic: *hagyjon, folyjon, hányja* &c.

In Verbis in alias Literas finitis, uſurpant *j*, ut: *kérjem, rágjuk, tsapjam.*

REGULA XV.

Verborum in Perſonis Terminationes oriuntur ex Pronominibus.

Ut: *Tanítom, tanítod, tanítja, tanítjuk, tanítunk, tanítotok, tanítnak, tanítják*, ex *m*, ab *enyim*: *d*, ab *tiéd*: *ja* vel *je*, ab *magájé*: *nk*, à *miénk*: *tok* aut *tek*, à *tiétek*: *nak* aut *nek*, ab *annak* vel *ennek*.

Hoc obtinente etiam apud Hebræos in terminationibus Perſonarum.

REGULA XVI.

In Verbis Secundæ Singularis Indicativi Præſentis à *ſzek* derivatis, duplicanda eſt *ſz*.

Ut: à *lészek, tészek, vészek*, &c. fit *lészsz, tészsz, vészsz* &c.

Scribitur ita per Syncopen; *leſz* enim idem eſt, ac *lészeſz* &c.

REGULA XVII.

Verba Potentialia Secundæ Singularis Indicativi Præſentis in *ſza, ſze* deſinentia, retinent literas originales.

Ut: *láthatdſza, vehetdſze* &c. potes videre, accipere, pro *láthatodſza* &c.

Et *láthatſzsza, vehetſzse*, &c. à *láthatſz, vehetſz* &c.

Obſerv. Syllaba *ſeg* vel *ſ'g*, non debet duplicare *ſs*, niſi vox, cui annectitur, exeat in *s*.

Ut: *haſonlatoſság, ſorgalmatoſság*, patet ex annexis in Vocalem deſinentibus, ut: *Erőség, haſonlóság, ditsőség, háborúság*, &c.

III. *De Vocibus Compoſitis.*

REGULA I.

Voces Compoſitæ Partis ſuæ prioris Literas retinere debent.

Scribuntur Compoſita, vel utramq; partem confundendo, vel diſtingvendo ab invicem lineolâ transversâ, ut: *elvágom, meg-töröm, baj-vivó, ör-álló*, &c.

Ità fit apud Latinos, ut: *circum-eo* &c. *ante-mala, retro-actio.*

Vox *ſzaka* quibusdam affigitur, manentibus prioris Partis Literis, ut: *teletſzaka*, per hyemem: *eſztendőtſzaka, nyáratſzaka, éjtſzaka.*

Prior pars finita in *j*, in Compoſitione retinet eandem, ut: *férjfi*, mas: *éjfél*, media nox: *fürj háj*, arvina coturnicis.

Nomina cum Nominibus Compoſita, magis, quàm Verba cum Præpoſitionibus, diſtingvuntur ab invicem lineolâ --.

Ut: *Bálvány-imádó, Szij-gyártó, Nagy-Ida, Nagy-Ari, Anya-ſzent-egy-ház, ellenvetés, hál'-adás, gond-viſelés*, &c.

Et cum aliis quibusdam, Ut: *egyſzer-'s-mind, mind-azon-által, kivált-képen-való, ide-'s-tova, all-ortza, gazd'-aſſzony.*

REGULA II.

Compoſita cum Affixo Tertiæ Perſonæ Singulari non debet ſcribi *gya, lya, nya*, vel *tya*, ſed *ja*, vel *je*.

Ut: *gondja*, cura ejus: *akaratja*, voluntas ejus: non *gondgya, akarattya.*

Etiam hanc ſcriptionem perverſam invexit pronunciatio.

Hinc: Deſinentia ſimplicia in *d*, recipiunt *gy*: in *t, ty*: in *l, ly*: in *n, ny*: non alia etiam juxta malè ſcribentium mentem, ut: *Rabja*, Captivus ejus: *Papja*, Paſtor ejus, &c.

Observatio. Affixum *ja* vel *je*, juxtà Præcedentes Vocales mutatur in *i*, ut: *jelenti*, non *jelentje*. Si Vocales præcedentes sint *e*, *i*, mutatur in *i*; si *a*, *o*, in *ja*.

Non potest defendi *kereti*, si rideatur *mondi* &c. Nec *mondja*, si contemnatur *keretje*. Quia *ja* vel *je* pariter ibi mutatur in *i*, ut in his.

REGULA III.

Postpositiones *bann*, *benn*, cùm quietem in loco significant, debent scribi *ban*, *ben*; cùm motum ad locum, *bá'*, *bé'*.

Referri posset hæc Regula ad rectam loquendi rationem.

Hinc malè scribitur & pronunciatur: *Menjünk a' Templomban*, Eamus in Templum, sed *a' Templomba.*

Forsan *ben* deberet scribi curatiùs per *benn*. Patet ex Compositis cum Affixis, ut: *bennem*, *benned*, *benne*, &c.

Sic terminantur aliæ quoq; Postpositiones, ut: *utánn*, *előtt*, *hozz*, *mellett*, *között*, *miatt*. Huc refer *helyett*.

Observ. Voces *reggel*, *estvel* sunt Compositæ: *Reggel* ex antiquo *reg*, hinc *regi*. *Mise*, & Postpositione *vel*: *estvéli* ab *est*.

REGULA IV.

Multa sunt in Compositis in usu, in simplici non item.

Sic: *annyi*, *mennyi*, *annyira*, quæ accuratiùs scriberentur *a' nyi*, pro *az nyi* &c.

Talia sunt: *Napa*, *Ipa*, *Ifjú*, *Őr-álló*, *Őr-fa*, ab *őr*, hinc Verbum *őrizem*, custodio: *tár-ház*, *tár-fekér*, *tar-varjú*. *Szabóné*, *Papné*, ab antiquo *nő*, id est *feleség*, dedit originem his: *nőzök*, *nőzni*, *nős*, *nőtelen*. *ő* hodiè mutatur in *é*.

REGULA V.

Voces *Vala*, *fogom*, *fogja* &c. *légyen*, *vólna*, Verbis Lineolâ -- debent jungi.

Ut: *Látom-vala*, *fogom-látni*, *láttam-légyen*, *láttam-vólna*, *látni-fogja*. Unò siquidem verbò efferuntur Latinè, ut: videbam, videbo, viderim, vidissem, videbit.

Sic: *fogom*, *fogod*, *fogja*: *fogjuk*, *fogjátok*, *fogják*: *fogok*, *fogsz*, *fog*: *fogunk*, *fogtok*, *fognak*, Verbis Infinitivis addi solitum, ab iisdem lineolâ distingvitur.

Ut: *tanítani-fogom*, docebo: *keretni-fogsz*, amabis &c. Sunt autem talia Verba Modi Indicativi, Futuri Temporis.

REGULA VI.

Jé Possessivum debet distingvi ab Interrogativo *é*, ut: *Atyaé*? Paterne? *Atyájé*, Patris.

é Interrogativum, Vocalem, cui annectitur, non mutat; at *jé* Possessivum ex brevi eam facit longam. Nomina in Vocalem desinentia obtinent id; at desinentia in Consonas, non admittunt istam distinctionem, ut: *emberé*, hominis & homóne? seu an homo?

REGULA VII.

Nomina cum Affixis juncta sunt etiam Composita.

Ut: *fołgám*, *fołgád*, *fołgája* &c. servus meus, servus tuus, servus ejus &c.

Observ. Sunt tria Pronomina, à quibus omnia affixa Nominibus addita oriuntur, videlicet:

Enyém, *tiéd*, *övé*, hinc affixa *m*, *d*, *ja*, *je*.

Miénk, *tiétek*, *övék*, hinc *nk*, *tok* vel *tek*, *jok* vel *jek*.

Enyéim, *tiéid*, *övéi*, hinc *im*, *id*, *éi* vel *ái*.

Miéink, *tiéitek*, *övéik*, hinc *ink*, *itok* vel *itek*, *áik* vel *éik*.

m, *d*, *je*, *ja* affigitur Singularibus Nominibus, ad rem unam relatis, ut: *fołgám*, *fołgád*, *fołgája*, servus meus, tuus, ejus.

nk, *tok* vel *tek*, *jok* vel *jek* Singularibus, ad res, vel Personas plures relatis, ut: *fołgánk*, *fołgátok*, *fołgájok*, servus noster, vester, eorum.

ink, *itok* vel *itek*, *ik* affigitur Pluralibus, plures res, vel Personas respicientibus, ut: *fołgáink*, *fołgáitok*, *fołgáik*, servi nostri, vestri, eorum.

im, *id*, *i* Pluralibus, ad rem, vel Personam unam respicientibus, ut: *fołgáim*, *fołgáid*, *fołgái*, servi mei, tui, ipsius.

Hinc absonæ istæ locutiones Hungarorum: Hostis abegit eorum boves & equos. *Az ellenség el-hajtotta azoknak ökröket és lovokat.* Cùm oportuit dici: *ökreiket és lovaikat.* Homines enim plures, non unum bovem, aut equum habeat, sed plures; aut si unum, benè enunciantur constructa prætacta.

Talia

Talia sunt: Opera hominum, *Embereknek tselekedeteik*, non *tselekedetek*. Nam hoc *opus hominum*.

Habent Mosen & Prophetas, *Vagyon Mósesek és Prófétáik*, non *Prófétájok*, hoc enim unum significat.

REGULA VIII.

Voces Relationem Realem notantes contractè recipiunt Affixa *ja*, *jok*, Affixa Tertiæ Personæ.

Ut: *Atyja*, Pater ejus: *Anyja*, *bátyja*, *nénjek*, pro *Atyája*, *Anyája* &c.

Sic: *Királyjok*, Rex eorum, ut distingvatur à *Királyok*, Reges.

REGULA IX.

In Vocalem Desinentes Voces ultimam accentuant propter Affixa.

Ut: *szolga*, *szolgáik*, *mondjátok*, *akarják* &c.

Hactenùs de Vocum Simplicium, Derivatarum & Compositarum accuratâ Scriptione.

Jàm

De Recta Loquendi Ratione.

REGULA I.

Subsstantivum à Substantivo diversæ rei regitur.

Vox hìc recta manet, altera regens mutatur, estq; quasi cum Affixo juncta, ut: *ISTEN Háza*, Domus DEI &c. vel rectè additur *nek* vel *nak*, ut: *Embernek állapotja*, Status Hominis. *A' Királynak szolgája*, Servus Regis. Sic in Plurali K ad plures refertur, ut: *Hiveknek üldöztetések*, Persecutio Fidelium, non *üldöztetése*, hoc enim ad unum Fidelem refertur.

Hinc non est accurata locutio: *Az Istennek az ő Irgalmassága*, sed *az Istennek Irgalmassága*.

Observ. Voci regenti debet addi ipsius Adjectivum immediatè, non rectæ, nè mala & vitiosa Constructio indè oriatur, ut: *A' Király rosz pénze*, mala pecunia Regis, non *a' rosz Király pénze*: nàm sic Adjectivum refertur ad Regem, non ad Pecuniam. Confusionem istam pariunt talia, quia Adjectiva Hungarica constructa cum Substantivis, non variant terminationes per Casus.

REGULA II.

Pronomen *az ő*, non est confundendum cum *annak*.

Confusio horum Pronominum, magnam parit confusionem sensûs, nè dicam blasphemiam, cùm agitur de operibus DEI, ut: Ipse enim liberabit populum suum à peccatis ipsius, vel ejus: *Mert ő szabaditja-meg az ő népét az ő büneiből*, cùm debeat verti: *annak büneiből*.

Distingvuntur ista Pronomina:

1. Nàm *az ő* est Reciprocum, respiciens Personam, ex quâ Actio immediatè resultat: *annak* est Relativum relatum ad rem, vel personam Actionis terminativam.

2. *Az ő* exprimitur per suus, sui &c. *annak* per ejus, vel ipsius.

Ut: Matres suis uberibus debent lactare suos Infantes: *Az Anyák a' magok emlőikkel tartoznak szoptatni az ő tsetsemőiket*. Rependet Deus iniquo secundùm meritum ejus, non suum: *Meg-fizet az Isten a' hamisnak, annak érdeme szerint*, non *az ő érdeme szerint*, nàm hoc ad Deum referretur, quod absit!

REGULA III.

Nomina Passivam significationem habentia, accuratè debent distingvi ab habentibus Activam.

Ut: Creatio hominis, *Az ember terementetése*, non *teremtése*: hoc enim significat Activè, & tribuitur Deo; istud Passivè. *Az Ember meg-igazittatása*, non *igazitása* &c.

REGULA IV.

Inter *Ki* & *Melly* est Differentia apud accuratiores Hungaros.

Nàm *a' ki* refertur ad Personam, *a' melly* ad rem, ut: *ISTEN a' ki*, *a' föld a' melly* &c.

Observ. 1. *A' melly* refertur etiam ad Personam, at non relativè, verùm absolutè, ut: *A' melly embernek jó hiti vagyon*.

Observ. 2. Rhythmici Hungari confundunt ista Pronomina, at non satis accuratè.

REGULA V.

Verba in *úl, úl* desinentia, Latinè transferenda sunt Passivè.

Ut: *mozdúl*, movetur &c. vel Neutralitèr, ut: *pendúl*, sonat.

Talia Verba sunt Neutra terminatione, at Passiva significatione: *fordúl* enim tantum est, ac *fordíttatik*. Neutra tamen mera retinent significationem suam, vel Activam, vel Passivam.

REGULA VI.

Verba Infinitiva juncta cum Verbis necessitatis, absolutè posita desinunt in *ni*, sed respectivè cum Affixis junguntur.

Ut: *Meg kell lenni*, Debet fieri: at *Meg-kell enned, ennie, Meg-kell tselekednünk, tselekedneték, tselekedniek.*

REGULA VII.

Participia Præterita Passiva & Neutra, in *a*, vel *e*, efferuntur apud Hungaros sine *n*.

Ut: Scriptum est: *Meg vagyon irva*, vel *íratva*. *Sietve szalad*, Festinans fugit. Sic *Lucæ* 11: 25. Invenit eam versam & ornatam: *Találja azt meg-seperve és fel-ékesítve.*

Non est satis accuratum: *Mellyet az UR Lelke irván hagyott*, pro *irva*.

Huc pertinet Particula *fogva*, ut: *Eleitől-fogva*, ab initio, non *fegván*: hoc enim est Verbum, istud Postpositio.

Ast cùm est Participium Passivum, sine *n* effertur, ut: *fogva vifzik.*

REGULA VIII.

Non satis curatè enunciantur istæ Voces:

Nintsén pro *nintsen, hidég, melég, betég, közél, vélünk* &c. *emlékezet, Teſtámentom, ſzolgai, bennünket, benneteket, eztet, aztat, teremt* pro *terem*. Sic: *oda-fel vagyon: ide alá lakók.*

REGULA IX.

Sunt præterea Voces tortæ ex aliis, corruptè ab Idiotis usurpari solitæ.

Ut: *Prémonda, Komontzio, Hores, mores, marko füles, Iti piti Koppenſus* &c. pro Prébenda, Conventzio, Honores mutant mores, rarò in meliores, Quot capita, tot sensus &c.

Sic Nomina Festorum Anniversariorum, ut: *Karátson* à Carnatio *seu* Incarnatio. *Húsvét* componitur ex *hús* & *vétel*: nàm exactô Jejunio Quadragesimali, Hungari Pontificii in Paschatis initio solent sumere carnem ad comedendum. *Pünkösd* ex πενηκοστὴ, infractè fit quasi *Penteköſt*.

Ità Nomina quarundam Septimanæ Feriarum sunt Sclavonica.

ut: *Szereda* à *Streda*: *Tsötörtök* à *Tsvártok*: *Péntek* à *Pietok* &c.

FINIS.